



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.I.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia LXXXI. Et cùm inde surrexisset, uenit in fines Iudææ per regionem  
quæ est trans Iordanem, & conueniunt rursum turbæ ad illum, & sicut  
consueuerat docebat eas. Et adeuntes pharisæi ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

& vi mali mutuum scabentes priuatis modo commodis stident. Quæ viria nisi emendent, contemnuntur, quem modo impatiens ferunt, mox graviora mala et tandem extremum intericium sequentur.

Ceterum ad Christi verba redeamus, qui tertiam rationem ab virilitate producit, cuius respectu III. Disciplina homines plurimum mouentur. Habeat (inquit) in vobis ipsi salem, & pacem habete inter vos inuidiæ paci conservantes.

Videatur ipsis occurvere, qui publicam disciplinam ideo minus virginandam esse contendunt, quod furi contentiones & odia ac inimicitia inde exoriantur. Id vero dixerit negat, et salem hunc pacis flatu contingens, correctionem morum publicam ita administrari posse docet, ut paci & concordie quam maximè inserviat. Quod tunc fieri, quando ita inficiantur, ut omnibus bonis constare possit, nihil praeter Dei gloriam & hominum saltem queri, qui aliqui in virtutis suis toti perituri essent. Et sane ad virginandam pacem & concordiam nihil efficacius & utilius esse diligenter & equabiliter omnibus communis legum bonarum & verbi diuini disciplina, prudentissimi quicunque viderunt, & omnium seculorum exempla testantur. Per hanc enim improbi coercentur, quibus si quiduis impunè liceat, mox diuinorum fortunas & corpora inuidentibus publicarum turbarum & seditionis sepe autores sunt. Similiter etiam impatiens & rebellionis scandalum collit, quod bonus interdum ex improborum impunitate obijici consuevit. Et qui correcti ad mentem redeunt, mox correctione huic fructum iucundissimum sentiant, & eos teneatime diligunt, quos prius iniquius cerebant, & odio prosequabantur. Denique si peccandi impunitas nulla sit, & absque omni personarum respectu omnes ex aquo corrigitur, nemini de legibus conquerendis datur occasio, & cum ipsis facilius in gratiam redeant reliqui, quos vel publice per verbis praecores correptos esse, vel legibus publicis iam sati secesserent. Vt prius vero alijs a causis effteruntur, & disciplina ingens excutunt, mox effreni peccandi licentia vincit, quæ tandem seditionum & publicorum malorum causa est, cum impi indies audacieores fiant, pīj vero eos antistites & magistratus colere desinant, quorum negligenta impia animi augentur. Exempla in historijs pasim occurruunt, nec nostro seculo defunti, & reuinam non ipsis aliquando sentimus, quō erupta sit nimia licentia, cuius principiū autores sunt ecclesiarum antistites, qui illud superfluum & absurdum studi, nullatenus nulla Concionatio & primatim impugnat, seneritatem & auctoritatem filios suis complicitate publice calamant.

## C A P V T X.

**E**t cum inde surrexisset, uenit in fines Iudeæ per regionem quæ est trans Jordanem, & conueniuntur rursum turbæ ad illum, & sicut conseruerat docebat eas. Et adeuentes pharisiæ interrogabant illum: Licet ne uiro uxore repudiare tentantes illum. At ille respondens dixit illis: Quid uobis præcepit Moses? At illi dixerunt: Moses permisit libellum repudii scribere, ac dimittere. Et respondens Iesus dixit illis: Ad duritie cordis uestræ scriptis uobis præceptum istud. Cæterum ab initio creatio nis marem & cœminam fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem & adhaerabit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam; itaque nō sunt amplius duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo ne separaret. Et in domo rursum discipuli eius eadem de re interrogarunt eum. Et dicit eis: Quicunque dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mochatur aduersus eam. Et si multe dimiserit uirum suum, & nuperit alteri, mochatur.

Argumentum  
eiusdem huius  
capituli.

**D**ILIGENTER hucusq[ue] tradidit Christus quaecunque omnibus ex equo in salutem  
cognitu necessaria sunt; simulq[ue] doctrinam suam miraculis plurimis illustrauit, et  
quia hominum conditiones varie & multum inter se diversae sunt, & singulis in sua re-  
carione ita viuendum est, ne fidem quam ore proficiuntur, factio adveniat; non de pa-  
ticularibus hisce officijs Christus agere incipit. Et prima quidem huius Cap. parte precipua res  
huius conditiones sive hominum status praecepit instruere: initio factio a matrimonio, et quod ex ini-  
tia feret yra nostra ratio dependet, & hoc recte instituto, omnia reliqua res eius procedunt.

Christi ultima  
execratio in  
Iudeam.

Matth. 19.  
Marc. i.  
Luc. 4.

Matth. 11.  
Ioan. 6.

Pharisei Chri-  
stium tentant  
per questionem  
de diuortijs.

Deut. 24.

Ezra 9. 10.  
Malach. 2.

Matth. 5.  
Luc. 16.

Christi ad Pha-  
risaeorum que-  
sitione responso.

I. Rationem  
reddit prece-  
pti de libello  
repudij.

Premittitur autem ad tractationem istam preparatio quedam. Christus enim qui aliquando  
in Gallilaea versatus fuit, e Capernaou digressus per regionem Transordanam (quam dicit Petrus  
dixere) in Iudeam fines transiit. Fuit autem hac ultima ipsius profectio in urbem Hierosolymam,  
ubi non multo post mortuus erat. Mox vero ad illum multi confluunt, qui (ut ex Mattheo pa-  
ret) agrotos complices simul adduxerent, quos ille curauit, & populum pro suo more docuit: cum re-  
gratia se a patre missum esse alibi testatur. Est hoc evidens studij ipsius erga nos argumentum. Mot-  
tem enim quam sibi instare sciebat, adeo non subterfugit, ut potius illi obviandum procedat. Inten-  
tio vero nihil eorum negligit, quae ad eorum institutionem facientes, quos mortui sive autore mortis  
ignorabat. Docebat enim adhuc, & doctrinam miraculis confirmat. Hinc nobis in tentacionem con-  
solatio petenda est, ne illum erga nos difficultorem esse cogitemus, quam olim erga apertos hosti-  
bus. Ut enim hic studio indefesso omnibus benefacit, ita omnes nos ad se vocat, nec quenquam ad sen-  
tientem rejicit. Simul vero exemplum ipsius imitemur, ut simili studio et alacritate ea exequam-  
us, quae nobis Deus iniunxit, & non minus prompti simus ad iuvandum eos, quos nostris officiis vili-  
mus opus habere.

Porr[oc] circa haec occupatum aggrediuntur pharisei, & tentant illum, id est occasionem ipsam,  
qua ipsum vel populo iniustum reddant, vel questionibus irrecutum in vita periculis adducant. Qua-  
tionem autem proponunt, An vero liceat uxorem dimittere? De iis vero diuortijs querunt, quae  
apud Iudeos licenter nimis in usu erant: adeo ut quivis pro suo arbitrio ob causam qualemque  
uxori, que displacebat, repudij libellum daret quod apud Matthaeum clarissimum exprimit, quae  
questionem ab ipsis hoc modo propositam fuisse scribit: Liceret ne homini uxorem repudiat quibus  
causa? Ita vero Mois consilio suis praecipio abutebantur, qui uxorem minus gravata vel commi-  
dam dato repudij libello dimittere iussent. Nec dubium est, magnam inde confusione[m] & u-  
bas frequentes exortas fuisse, quando eam constat fuisse Iudeorum libidinem & inhumanitatem,  
ut e[st] Babylonie reuersi, uxores, quae ipsis exilio socii fuerant, ob amissum atatis & formae  
crudeliter ejicerent. Simulant ergo pharisei sibi vehementer dolere illum licentiam, sed hoc non  
querunt, ut illi malum concilient. Ea enim erat haec huius questionis conditio, ut quicquid respondere,  
illum circumsum & captiuum teneri posse putarent. Nam si diuertia ista probasset, ipsam hanc  
tradicere clamauerint, quem alibi illa damna secebat. Adhuc libidinem & impudicitiam patrum  
esse disxisserunt. Sin vero illa damna secebat, iam Mois inimicum sive aduersarium dicere poterat, si  
puli odiunt ipsi conciliare, apud quem maxima & irrefragabilis era Mois autoritas, & qui di-  
uortijs eiusmodi haec tenus assueverat. Elucet igitur in hoc exemplo quanta sit hostium veritas in per-  
tinacia simul & astutia. Nec enim pater hos eum bofilter & infideli tentare, quem iis inuenire  
esse videbant, quae ad publicam omnium salutem spectabant. Et eiusmodi occasionem capti  
funt, quae iis iniustum reddant, quos hucusq[ue] beneficis infinitis accumularat. Fuit hucus generis mul-  
ta hodie, in quibus eorum nos meminisse decet, quae Christo acciderunt, & inquit illius exemplum re-  
ritatis causam fortiori & prudenter cueri.

Nam primum presenti plane animo illos interrogat, quid Mois praeceptum non quid hoc illum  
lateret, sed ut inde occasionem arripiatis commodius & liberius cum illis agendi. Respondent enim  
illi, Mosem permisisse, ut uxor que displacebat, scripto illi libello repudij dimittatur. Quibus mox iis  
responsionem Christus inferit, quae tribus partibus constat, quas prob[er]e excusasse multum proderit.

Prima rationem reddit eius, quod Mois de diuortijs statuerat. Ad durioriem cordis veluti (in-  
quit) scripsit praeceptum istud. Praeceptum quidem vocat, sed consilium potius censi debere docet,  
vel potius priuilegium, quod vitandi maioris incommodi causa concesserit, non quod ista diuorticium

rum licentia Deo probetur. Si de virginibus consilium Paulus dabit, qui interim se Domini praeceptum non habet faciebat. Verborum autem Christi sensus est: Vnde Moses vos ingenij aded consumacibus & proficiens esse, ut vxores potius occisi fuisse, quam illa prater animi voluntatem cohabitari. Concessit ergo priuilegium hoc de diuorciis: simul tamen non absq; libello repudiij miseras ejici voluit, quo vel huic meditatione et scriptione prohiberentur, qui uxores repudiatur erant, simulq; repudiarum famae & honori confuleretur, ne vel sp̄a maritos reliquiss, vel scelus aliquod electa viderentur. Frustra ergo Nostis praeceptum allegatis, quod de vestra auita & quasi hereditaria improbitate testimonium fert, & quo vos secus quam ille voluit, ad vestras lides abducimini.

An Moysi licen-  
tia repudium  
permittere.

Rom. 3.

Mos. & Chri-  
stus non dissi-  
derent.

Num. 12.

Hebr. 3.

1. Pet. 5.

Rom. 8.

Libro 19. cap.  
tra Paulum  
Manic. cap. 26.

1. Pet. 5.

Rom. 8.

Quare ad ipsum Deum  
ita concessio referri debet, cui de suo facere licet quodcumq; ipsi libuerit. Ergo ne inquisit sibi ipsi con-  
tradicet Deus, & temeraria quadam levitate leges fugit, aq; refugit. Ne quaqueam. Inq; si prob̄ rem  
excavamus, nulla hic contradicito subesse apparet, quando non eodem respectu dicuntur quae olim  
per Moysim traxit, & hic per Christum plenius ac luculentius expposita sunt. Primo enim Moysi  
cum populo dura cervicia res fuit; cum quo variae rationes inveniendae erant, ut peccata, qua in torum  
impediti non poterant, falsum aliquo modo coercerentur. Ac Christus ipso loquitur, quos ex semine  
viri Dieneratos, spiritu adoptionis duci, & ad Christianam perfectionem indies contendere oportet.  
Deinde Moyses ruxorem repudiare non simpliciter iussit, sed si quis vellent facere, qua ratio-  
ne fieri debet, docuit. Adhac non quanquam ob causam diuorciis fieri voluit, sed tam demum  
illud concessit, si quis in uxore rem fidam comprehendisset, & sibi inobedirebilem, esti non eiusmodi es-  
se, que publicis legibus plecteretur. Praeceter modum & ratione palem prescriptis, quae ad prohibi-  
endum diuorcium, & pacem inter coniuges dissidentes conciliandam plurimum seruuebat. Nam

(ut Augustini verbis virat) moram inter posuit, ut in discordium animus praecipit, libelli conscriptione  
refracti abfisteret, & quid male esset vobrem dimittere cogitare, & praesertim quia, ut perhibet,  
quid Hebreos scribere literas Hebreas nulli fas erat, nisi scribendis libellis & excellentiorem profi-  
cientur sapientiam, & si qui eorum essent aquitati & pierate prediici, non tantum proficerentur,  
verumiam sectarentur. Ad hos igitur, quos oportet effe praeudentes legis interpretes, & iustos discri-  
pdi diffusores, lex mittere volute eum, quem iussit libellum repudiatum, si dimisisset uxorem. Non  
enim poterat ei scribi libellus, nisi ab illis ipsis, qui per hanc occasionem & necessitatem, venientem  
quodammodo in manus suas bono consilio regerent, aq; inter ipsum & uxorem pacifice agendo, dile-  
ctionem concordiam scindere. Quod si tantum intercedere odiū, ut exsingui emendari, non  
posset, tunc virg. scriberet libellus: quia frustra non dimitteret, quam si odisset, ut ad debitam con-  
iugii charitatem nulla prudentium persuasione reuocaretur. Hac tamen Augustini verba retulimus.  
Quibus adiici potest, ut viros saltem in speciem bonos & honestos, repudiij libellos non facile dedisse,  
quibus suam ipsorum morositatem publice proderent: & proinde non temere diuorciū fecisse cum  
uxoribus quas absq; libello eiusmodi dimittere non poterant. Postremo ista repudiorum ratione non  
rica modo, verumiam fame uxorum consulebatur, ne ob adulterium, aut aliud quodpiam scelus ca-  
pitale repudiata effe, aut ipse maritos turpiter defervisse viderentur. Nam etiam hunc libellorum  
repudiij usum fuisse, ex Isaia patet, apud quem Deus Iudeorum synagogam accusans, quod prius  
quam exiceretur, ipsa sponte deficerit, ut amores suos idololatricos sequi posset, inter alia ait: Vbi est  
libellus repudiij maris vestre, quo eam dimiserim? Quasi diceret. Si de mea morositate quiritamini  
qua iniquius vos reiecerim, agendum proferte libellum repudiij abs me vobis datum. At non potestis  
quicquam tale proferre. In vobis ergo omnis culpa heres, nec repudiatis uxoribus sed turpisima  
adultere similes effis, que marito relicto amatores suos sectatur, &c. Quod ergo consilium sue pri-  
mogenitum per Moysem datum ista repudiorum ratio mala non erat: merito autem reprehendi debe-

bant Iudei, qui hanc in effrenem sua libidinis licentiam converterant: que causa est quod illi De-

Ratio dispensa-  
sandi in legibus  
ciuilibus.

Habemus in his exemplis memorabile, que optima sit in legibus ciuilibus dispensandatis, quando illa admitti, quando item legum autoritas seuerius virgeri ac reineri debeat, lumen lego, ut suum cuique tribuat, & ne quid contra equitatem aduersus quenquam indices pronuntietur. tales quandoq[ue] cause incidentur, ut si summo iure decidantur, similes nonnunquam finiente oratione sint, que fortassis publice etiam paci officiant. Non ergo iniquus fuerit index, si commodas rationes inueniat, quibus auditis iure suo volens cedat, qui aliqui nullis legibus ad id cogit possint, quibus ciues boni & prudentes non raro sua sponte pacis & concordie ergo facere conuenerint. Alij bine audacie fiant mala frugis homines, ac vel aperta vi, vel iure & legum praetextu diversum inuolenti, & vix corporibus suorum conciuum defraudent, tam illorū seueriori legum discipline coercendos esse meminimus magistratus, siquidam seipso & res publicas salvas & inviolatas esse volunt. Eadem est in ijs ratio, que moris & vita confraternitionem attinet. Postmodum illi condigaudia legijmata, que nec morum honestati obstat, nec Dei vel praeceptorum ipsius immemoriant eos, qui illa fruuntur. Tali enim ipse Deus concessit, quando diebus festis fratraliter confidit, & intemperante dedi, gaudia eiusmodi cancellis legum coerceri oportet.

Deut. 14.16.

Digressio de  
Carni priuatis,  
seu potius Lu-  
percalibus  
Christianorum

Erat hoc obseruandum in festis sive solemnitatibus que ieunium papistarum quadragesima procedunt. Agunt enim illi diebus postmodum ferre coniuia publica, que si ad alendū & suadendū ciuium concordiam & mutuum amorem faciant, nec temperantia fines excedant, damna non possint. Intolerabilis vero est illorum licentia, qui cum Euangelij nomen & fidem proficiunt, totum tempore larvati discurrunt, & ludos edunt lascivium plenos & a Christiana modestia alienissimis. Non enim illos ex gentibus originem habere scimus, qui ipsidem moribus & eodem prope tempore Bacchanalia, Lupercalia & Ceresalia celebrarentur. Liceo vero illa papatus (vt multa alia quae) retinuerit, nostrum tamquam erat illius longum vale renunciare, quos Euangelij sicut Corinthonare dignatus est. Si enim papatus proper abusus reiecit, quae fronte obsecro gentilium in iis locum damus, que inter papistas viris bonis & cordatis semper diffuderentur? Constat enim in tempore, si vel parum coniuicant magistratus, effreni licentia quo suis in omne libidini ac peruersitate erumpere, nullo vel sexus, vel status, vel dignitatis discrimine obsernat: adeo ut vel non haec argumento gentilium reliquias possit agnoscere. Accedit hinc Dei lex, qua nefas & abominationes pronunciat, si vel viri vel feminis murato habitu secum alienum mentiantur. Taceo sumptus immodicis, qui vel soli absterre poterant, nisi cur ratione sensum quoq[ue] mali omnem abejerent. Officidula tamen & scandala taceri & dissimulari non debet, que viri & ipsa alibi libet inveniuntur. Offenduntur peregrini, quos vera religionis fama & amor adduxit, quando cum domi sue incolerabilem duxerunt. Offenduntur infideles & superstitionis, quos exemplo vice honestarum lucrifacere poterant. Offenduntur palam impudicis, qui veritatis hostes, qui fidei doctrinam maligne profundunt, quando huius professores tantumculantia graffari, nec quicquam ab ipsorum moribus differre vident. Offenduntur pauperes, quoniam ipsis effusientibus alios abundanter vident, & in lucrum pudendum ea, quibus abundant, profundunt. At quo si offendiculorum ratio, & quam horum autib[us] penam Deus constituerit, nupti prolixè dictum est. Hac ergo nos mouere debemus, ut de licitis quoq[ue] gaudiis refringendo & contemnendis cogitaremus, aucta Christi exemplum, qui in repudiorum licentia talem quid in presenti tradidit, ne faciat. Et haec quidem in primam responsonem ipsius partem distat.

II. Ad primam  
coniugij initia-  
tionem refe-  
rebo in omni coniuratio-  
sa p[ro]cessandum esse docet, quād quid Moses ipsorum improbitate coacte permisit. Et  
hoc in omni coniuratio-  
sa p[ro]cessandum, ut ad primam Dei institutionem recurramus, & mox patet,

2. Cor. 11.

qua in re erratum sit, et quomodo error admissus corrigi ac emendari queat. Ita Paula in Corinthonogito fecit, cum illam Corinthoni abusu corripserent. Quod vero prouidetur causam, primi (vt Mattheus annotauit) repudiorum licentiam cum Dei institutione nequam conuincere docet. Ab initio (inquit) non fuit sic, id est, non ad hunc modum Deus coniugium instituit, nec illud tem-

rarij diuorij; ita turbari voluit & confundi. Quid ergo? Marem & feminam fecit eos. Quasi dicat: Non plures sc̄minas fecit, quas Adam pro suo arbitrio permutaret; nec etiam ad unius mulieris libidinem exatrandam plures viros creauit; sed Adamo, qui unus & solus erat, Euam quoque unicam, ex costa ipsius formatam, coniunxit, & duos hōce mutuo & individualiō amore sibi innicem adbarere iūsit. Et quia coniugium ita iūsituū Deo, tanta illius fernandi religio esse debet, ut homino parentibus quoque relatiō virori sua agglutinari debeat: adeo ut qui prius duo erant, nunc in unam finienda unum, si commoda vniū id egi possint, eadem quodammodo carnem, id est, in unam personam, vel unum corpus coalescere, cuius una & eadem voluntas, idem vorax, amor, & idem sit erga suum comparem gratificandi studium. Et hoc quidem verborum Christi sententia est, in quibus tota coniugii ratio nobis consideranda proponitur. Patet enim hinc, quid illud sit, que eius dignitas sit, que circa hoc prorsimum considerari debet. De quibus singulis, quanta fieri poterit, breuite dicemus, quaecumq; ad præsentem tractatio-

nem cognitus & obseruata necessaria sunt.

Coniugium Latinū iumentorum ad unum ingum copulationē vocant. Metaphorice vero eadē Coniugium utrōque de mare & sc̄mina, matrimonij vinculo constrictis, usurpatur: eō quod tales eandem omnis fortia nomina habent, et quid sit una societas ac confitum habeant. Matrimonij vocem, que & ipsa Latinus in vīsu est. Augustinus à matre deriuat, quia nō ob aliud sc̄mina nubere debet, quām ut mater fiat. At si rem ipsam excutere & ex actis definire libeat, dicamus coniugium esse legitimam & diuinitatem constitutam coniunctione viri & sc̄minae, que cum virtusque consensu suscipitur, ut se mutuo adiuuent, sobolem procedant, & illicita libidinis cupiditatibus medeantur. Habet definitio hac omnia, que ad legiūnum coniugium pertinent, & cum scripturis probè conuenient. Haec enim illud in ipsa statim mundi creati origine à Deo institutum, & has ipsas ob causas institutum esse docent, quas commemorauimus. Denique egidū legimus dixisse: Non est bonum, hominem esse solum; faciamus ei adiutorium, Genes. 2. dem propter tempore multa durata, ut suis filiis Cœlum genitissimum. Confitit enim idem Deus, ut homo solus sit, & se illi adiutorium facere velle pollicetur. Illius ergo institutum est, ut cum uxore compare vivat. Et ibidem primam coniugij causam non obscurè attingit: ut nimis adiutorium habeat homo, quem per peccatum in labores & omnis generis arrum prolapsum esse sciebat. At simili solbi procreare coniugium seruire debet, idem Deus alibi docet. Scribit enim Moses: Creauit Deus hominem in imagine sua, in imagine Genes. 2. Dei creauit illum, mārem & sc̄minam creauit eos. Et benedix illis Deus, dixitq; illis: Crescite & multiplicamini, & implete terram, & subiecte eam, &c. Terciam vero institutum coniugij causam Paulus difterè exprimit, dicens: Propter seorsam vitandam, nam quisq; uxorem habeat, & sum queq; virum habeat. Cor. 7.

Elucet ex his magna coniugij dignitas. Concurrunt enim hic quæcumq; ad rei alicuius commendationem facere possunt. Author siquidem illius est Deus, qui illud ipsius instituit, nec ullius vel hominis, cat quæcumq; sit. minis vel angelī ministerio vīsu est. Tempus vero sine vetustas ad ipsam rerum omnium originem referunt, & tunc ceperit, quando homo nondum in peccatum prolapsus erat, sed in Dei imagine constitutus adhuc paradisi delitij & felicitate fruatur. Causa autem ea commemorantur, que ad generis humani propagationem ac conseruationem, ad vita huius commoditatem, & singularium hominum salutem faciunt. Taceo nunc Christi Iesu & ecclesiae mysteriū, cuius primus & omnium ab orbe condito luculentissimus typus in coniugij institutione propositus fuit. Dum enim ex Adamo dominis latere Eva desumitur, offendere voluit Deus, ex secundi Adami, qui Christus est, morte enī Ephes. 2. sc̄uram ecclesiam, quam ille ibonse loca, regni sui & vita celestis sociam effet habentur. Sed & ipse Luc. 1. Christus ut ex virginē deponata nasci voluit, ita nuptiarum & coniugij parabola frequentissime Matth. 1. 9. 27. vñnt, ut nostra redemptionis mysterium nobis evidenter oculis statuat. Non ergo mirum est, tantam vinculi coniugalis necessitudinem esse, ut huic qui parentibus debetur amor cedere inbeat. Admiranda autem, inō detersa potius est illorum audacia, qui coniugij vñsum cœu rem prophanam damnarunt, cum nec aliqua scripturarum autoritate, nec sanctorum patrum exemplis, suum hoc institutum probare possent. Paulus certè illorū tentantiam demoniorum doctrinā adnumerat, 1. Tim. 1. & idem dicere non dubitavit: Honorable est inter omnes coniugium, & cubile impollutum; cortatores autem & adulteros iudicabit Dominus. Et quod Paulus dixit, communī sensu apud omnes generis iam inde ab exordio mundi receptum fuisse legimus, quaecumq; ratione potius & legibus quam

Genes. 12. 20: bellum affectibus suis & res publicas suas regi debere intellecterunt. Pharaonē certe *E*go dico quod melichum Palestina regem, qui vicerit, Saram Abrahām vocem ignorauit & infirmū subdūcūt, mox culpam suam agnoscit, imo totos exchorruisse legimus, ut primum marito nuptiam effundit, xerant. Iosephum vero suam ita à pueris instituitur. Iacob, ut ne ethnici quidem heritorum relata polluere, sed improbis heretis impudice illecebris se potius cum vita periclio opponat. At postquam sublato pudore coniugij honor paucim vilescere, & scortandi mēchandis libido apud omnes penitus regnare cœpit, Deus Israhelitarum gentem, quam sibi in peculium delegat, adulteris & alias capitalibus pœnas pletere iusit; quod ipsum apud aliquas etiam gentes recipit fuisse credidit, & postea Imperatoris legibus est confirmatum. Neque hīc eos multum moratur, qui ista legem quidem confitit a se fatentur, sed rara eorum exempla innueniri clamant, qui legem euimur, quod rem sequendum esse putantur. Scimus enim nimiam saifile omnibus penē feculū adulteriorum tam tam, & magistratus illam plerunque coercere vel non velle, vel non posse, cum quasi regnum possit obtinuerit. At simul scimus, non idēo cessare Dei iudicia, qui & olim in scortatōres & adulterios renda exempla edidit, & hodie nequaquam eos punire cessat, qui coniugiorum fidei impunita polantur. In deserto olim propter scortationem viginti quatuor milia hominum perisse Moysi scribit, ibi cum vero temporibus cum magistratus negligenter scortandi et mēchandi impunitatem nesciit, sexaginta quinq̄ millia virorum casaveruntur. Quanum vero malorum prodice & pronuntiavit Davidis adulterio enatus sit, nem̄ ignorat. Inter Babylonicas capitularias causas propria aduersaria non postremo loco numerantur. In gentium historiis celeberrimum est Troia excidit, causa ciprius causa Paris adulter exiit. Apud Romanos propter stuprum Lucretia per vim oblatum, eis electi fuerunt, que res turbas & belli pericula infinita peperit. Memorabile autem compitum est, quod Roderichum Gothorum regnum in Hispaniā sua libidine finem & interium attulit. Cum enim Iuliani cuiusdam filiam cōstuprasset, pater ira & dolor percussus, Saracenus in Hispaniā adduxit, quam occiso rege & regni proceribus & ingenti præterea Gothorum stragulatione caparunt, & annis circiter quingentis tenuerunt: donec in Granata regnum sefē recipere coiūt, unde illos patrum memoria demum Ferdinandus Rex expulit. Simile exemplum regnatū Hispanio accedit, quando Franci Taurororum urbem occuparunt, accessit à Senatore, cuius uenientia puerat Lucius praef̄ Romanus. Inde postea in Galliam transferunt, que res ab ea partem latianis Imperij initium fuit, cui ab altera parte Goti ex Pannonia imminebant. At quid ipsa eorum exempla commemorare, quando quotidie experimur, ut iustus Deus supra & adulteriorum nefaria disputatione grauiſsimis morib⁹, infamia notis, & nonnunquam horrendis & impudib⁹, aut alioquin non vulgaribus mortis generibus vicii⁹ soleat? Omitto nunc, quod in his alijs nitentia perseuerantes scriptura regni celorum consoritio excludit, & aeternis inferorum tormentis addicit. Utinam ista diligentius considerarent, quos nostri feculi licentia & impunitas exactaverint sibi coram Deo quoq; quidam licet exsilitim. Ceterum vi huius iudicium subversivit, plurimum meditatione nos verari conuenit, quae circa ipsum coniugium cum primis obseruat & probat opertur. Sunt hec numero tria, de quibus ex ordine dicemus.

**Quomodo coniugia contrahabendi debent?**  
 Deut. 7.  
 Ios. 23.  
 Leuit. 18.

Primum est, ut ritè contrahatur iuxta Dei institutionem et ab illo prescripta legem inquit, non postremo loco haberi debent, quae de impiorum & idololatrarum communis vita habentur, & que certos cognationis & affinitatis gradus constitueunt, intra quos nefas ut matrimonium contrahere. Sed plurimum hoc facit prima institutionis consideratio. Ex Adami dormiente leviter costam petet Deus, quam in mulierem formatam illi coniungit. Quo exemplo docuit carnis efficiētē minime in consilium adhibendos esse, sed illis spiritis coniugem queri debere, qua cum pietate religione vivere positis. Quia enim ad religionem principiū homo conditus est, hinc quique præcepta cura esse debet, in diligendo compare, cum quo maxima vita pars transfigenda erit. Nam quisque ab alijs religione feliciter inchoari, non scriptura modo docent, verum etiam gentium sapientiam tradiderunt. Peccatur ergo hēc auaritia, quando opes solē quaruntur: libidine, quando sibi formis instituitur & cœcus amor in consilium adhibetur; ambitione item, quando sub coniugii praestitutis honestas & dignitates ambitus. Hinc fore coniugia imparia proueniunt, in quibus cum nec morum, nec ingenij, nec etiā religionis similitudo sit, sœpe non modo dissensiones et perpetuae rixæ pullulantur, verum

etiam sibi ipsi apostolus sine defectionis à Deo & maximorum scelerum autores sunt, qui se illis incautus aut prauis affectibus ducti immergunt. Exemplum eius rei memorable extat in Solomone, 1. Reg. 11. qui bac occasione roti Israeli idolatriam inuenit, & pestifer schismatis in regno causam præbuit. Sed et Iosaphat, cum filio suo Achabi filiam desponsauisset, sibi ipsi quidem præfens vita periculum 2. Par. 18. et 21. conflavit, filio autem ad parricidia & idolatriam quasi vitam stravit. Nec nostri seculi exempla defant, qua docent, quam infelix sit plerumq; eiusmodi coniugiorum exitus, in quibus postposita pietate & gloria Dei, nihil praeter opes, voluntates & fastum queritur. Hic ergo potissimum parentes sui offici meminiſſe conuenit, ne dum liberis suis prospicere volunt, maximorum malorum illis autores sint. Videlicet Abraham, quando incredibili cura & studio vxorem se dignam Iſaco filio quærebatur, Gen. 24.

hoc unum cauenit, ne vel Chananaean duceret, vel sub cōiugij praetextu eō rediret, unde ipsum Deus singulari beneficio eduxerat. Imitemur hunc qui veri filii Abrahām esse voluit, ne vel infidelibus temere misceantur, vel per coniugia filiis suis et filiatis ad superstitiones anſam præbeant, & quarum seruitute ipſos Deus per Euangelium suum afferuit. Rursum parentibus pieſoliciti & officio suo fungentiſſib; liberi obtemperent, neq; cœcos carnis ſuę affectus pietatis debito præferant, quo illis obſtriciſſimū. Imitentur ergo & ipsi patriarcharum filios Iacobum & Iacobum, quos parentibus obſtrictiſſimū, & proinde Deo proprio vīos fuſſe legimus; ſimilē Iſaui exemplo terreanū, quem Gen. 27. & 28.

malis modis à Deo multatum fuſſe cōſtat, quid parentibus in hac re minus obtemperauifet. Quis enim in parentes vere pios dixerit eos, qui in coniugiis contrahendis parentes fallunt, ex quibus illi liberorū incolamitatem maximē dependere ſunt, & proinde de illis cumpromis ſolliciti eſſe ſolent? At quid ijs minorit Deus, qui parentes temere negligunt, & illis tristitia & doloris causam præbent, quos fideliſſ obedientia exhibitare debent, norius eſt, quam ut multū exponi oporteat.

Secundo videndum in cōiugio, ut illius initia recte celebrentur. Quia enim magna est illius digni nuptiæ ritus cōſtas, ut paulo ante diximus, apud gentes ferè omnes, ſolennes & mystici aliqui ritus fuerūt, quibus nō lebranda.

ni conjuges publice cōiungentur. Apud Christianos vero mos ille obtinuit, ut in ecclēſia nuptijs minister benedicat, & publicis precibus Deo commendentur, qui illic fidem coniugalem ſibi mutuō pollicentur. Pius ſane mos, et obſeruatu neceſſarius, quādo ab aliis precibus & diuinis nominis auſpicio nibil reſili & prospere incipi vel perfici potefit. Videlicet Abraham & senior domus ipſius, quando de Gen. 24.

Iſaaci cōiugio aucti, magna cum religione Dei nomen & eius inuocacionem interpoſuerunt. Et cumpromis memorabile eſt exemplum Thobie, qui angelico monente fauſtissimā habuit nuptias, quæ Thob. 6. 7.

alii ob libidinem ſolam habuit celebrantibus funestis fuerūt. Grauiſſime ergo peccant, qui nuptias ab aliis religione celebrant & libidini potius & fastu ſtudent, quam precibus & diuinis nominis inuocationi.

Quod quia bodis vulgo fit, non mirum eſt, si infelicitas ſit eorum conditio, quos carnis cœca cupiditas topaluit, & qui ſuę conuersionem primordia fine omni religione inchoarunt.

Tertium eſt, ut ſuę offici veri, ſint memoris. Sunt hic quadam communia, que ex aequo ad vi. Coniugum or-

rum ſimilē & feminam ſpectant; ut nimirus ſe vnam & eandem cum coniuge carnem eſſe memine- ficia.

rit, ut concordia & charitati ſtudences coniugij vinculum omnibus alijs affectibus præferant, ut omnia habeat communia, ut fidem ſibi marito ſeruent illibatam, cum (ut Paulus ait) nec vir nec ſex 1. Corinth. 7.

mima corporis ſuę poſteſacem habeat. Sunt tamen ſingulis quedam propria & peculiaria, de quibus

Apolloli ex ſpiritu Chriſti ſuggeſtione diligenter admonent. Et de vixoribus quidem Paulus ſcribit: Vixorum offi-

cias, ut ſecundum ſubditam fuit, veluti Domino: vel ſicuti conuenit in Domino. Quoniam vir eſt cia propria.

caput vixoris, quemadmodum Chriſtus eſt caput ecclēſie, & idem eſt qui ſalutem dat corpori. Itaque Epheſ. 5.

ſicuti ecclēſia ſubdita eſt Chriſto, ſic & vixores viri ſuę ſint ſubditi in omnibus. Itē alibi ab illis mo Coloi. 3.

deſſiam requirit, ut maritos ſuos diligant, ut liberos ament, ut ſobria ſint, pura, domus enſtodes, Tit. 2.

bona, & viris ſuę obſequentes: Et ad Timotheum, Vole (inquit) iuniores nubere, liberos gignere; 1. Timothe. 5.

domum administrare, nullā occaſionē dare aduertario, &c. Quibus cōſenitum quæ de iſdem Petrus 1. Pet. 3.

tradit, qui in uero corporis habiti & ornata admone; & quod obſegium & reverentiam, quam

vixis debent. Saræ exemplum illis imitandam proponit, quæ Abramum heri u nomine dignata eſt. Gen. 18.

Quæ omnia ſi in unum confeſas, vixoris fuerit marito ceu copiri ſubiffe, eundem diligere, liberos stu-

dios educate, domus curam agere ſedulō, in moribus vero & cōrīus vita conuersione modeſtiam,

pudicitiam & castitatem referre, ut (quod olim Iulius Cæsar dicebat) non ab adulterio modo, verum-

**Virorum officia proprias.** etiam adulterij suspicione aliena sint. Maritis vero non minus diligenter sua officia Appelli scribit. Ait enim Paulus: *Viri diligit vxores, & ne sitis amarulent aduersus illas.* item: *Dilegit vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam suam, & semetipsum pro ea exposuit.* Et tristum. Debet viri diligere suas vxores, ut sua ipsorum corpora. Petrus vero scribit: *Viri cohabitem vestibus secundum scientiam, veluti infirmiori vesti muliebri impartientes honorē, tanquam etiam vestimenta gratiae vita, ne interrumpantur preces vestrae, &c.* Vbi à viris quoq; amore hanc vulgarē regni audimus, non quidem quem libidinis ardor incendat, sed qui in uxoris commodum ex benevolē regnatur; qualis Christus erga ecclesiam, & qualis unusquisque hominis erga membras suas est consuetus. Adhuc prudenter exigetur, quae vestis infirmioris vestis ferre posse & emendare: nam cum uxorem iuri & imperio maritus abutitur, illam tyrannide opprimens, & mancipij vilissimis locis beat eam, quam ex latere ipsius despiciunt Deus vita & omnis fortuna sociam, & adiutorium suum voluit. Et hoc cum primis pertinet capitū similitudo, qua Paulus vitetur. Habet hoc in corpore principiū, sed illo non tyrannice abutitur, sed cum ratione & prudenter singularium membrorum voluntatis proficit. Quod si in membra graffescit, iam non imperio vesti, sed furere dicitur, & tam sibi ipsiā reliquo corpori malum conciliat. Huic ergo maritos memores esse decet: quin in viris sua officia iuges obseruent, & uberrimum tam ad seipso quād ad liberos suos totamq; rem domésticā suā redire sentient. Et hoc quidem de coniugio pro temporis ratione in praesenti dicta sufficiat.

**III. Christi de diuorciis sententia.**

Registri tertia responsio Christi pars, qua hæc omnia proposita quæstiones accommodat, & diuorciis sententiam suam exponit. Interit enim ex præmisso: *Quod ergo Deus coniunxit, homo ne separaret.* Et postea ipsum domi interrogantibus ait: *Quicquid dimiserit uxorem suam, & ducas aliam, mactatur aduersus eam.* Et si mulier dimiserit virū suū, & nupler alteri mactatur, id est hæc verba diligenter consideranda. Videtur enim his Christus diuorciis in invenitum degare, & iisdem Pontifices non absq; gravi conscientiarum carnificina abusi sunt. Dux enim dominorum licentiam coercere voluerunt, non aliter illa admiserunt, quam ut à coniugio abfuisse viri, qui separati fuerant, nec quisquā viuente priori vel uxore vel marito, alij ungereant. Nec diuini argumento nituntur, quam quod in hæc Christi verbis rō ostendit suæ literæ modisumentum & urgent, nec illius mentem, & quid alibi idem dixerit, inspicunt. Primo igitur disputationis hisce scopum obseruare oportet, quam de temerarijs Iudeorū diuorciis, qualia tunc temporis in Syria et insitum fuisse intitulit diximus. De iisdem ergo hic Christus loquitur, & eos sollemnè dama, qui nullis gravibus causis moti, sed ob quamvis leuiculam occasionem primata autoritate resu repudiabant: nihil interim de illis agens, quos causa gravissima hoc facere cogunt, siquidem subnotari & saluti consultum volunt. Deinde quid alibi ipse Christus pronunciat, videamus, & mox ab sententiam hanc nō adeo rigide & rruerat saliter virgini debere. Nam quid Matthæus an in quis repudiauerit uxori suam nisi causa stupri, efficiat illa sit adultera. Et apud eundem Evangelistam in hac ipsa disputatione Christi verba sic leguntur: *Quicunque repudiauerit uxorem suam ob flagrum, & aliam duxerit, adulterium comittit, &c.* Ergo quod hic omnibus simpliciter videtur, alibi concedit, si adulterij causa accedit, & proinde banc diuorciis causam legitimam confituit. Cur enim non repudiatur, quæ ipsa prior coniugij vinculum perfide dissoluit? Aut um adulteris & scortatoribus coniugij dignitas patrocinabitur, quod Deus, & ista viuentur, inserviant? Et & Paulus alteram adiuv repudiorum causam concedit, quæ ex religione dissidio ortitur, sive enim ut fidelis coniugem infidelem non deserat, sed illius viuum patienter ferat, siquidem infidele sp̄ cœbat, & dignetur, nec ipse prior diuorciū querat. At si infidelis discesserit, discedat inquit apostolus. Non est feruuntur subiectus frater aut soror in eiusmodi. Unde rursum cōstat, præsentem hæc Christi sententiam non nisi de ijs accipi debere, qui pro sua libidine coniugia dirimant, & alijs se coniugii. Nec hos temere dicit mactari, cum prioris matrimonij vinculum corā Dei tribunali addom firmans & ratum habeatur. Interim ut repudiorum levitas & licentia caueri debet: ita non minime canendum est, ne dum coniugij vindices severiores videri volumus, in contraria partem pectent. Tu beatus quando adulteris patrocinatur, nec contentis à Deo constitutam illius penam suscillere, insuper infinitus coniugem vel adultero aut adulteria cohabitare, vel perpetuo aduiri & se in idem flagitium precipitare cogimus. Clemencia fortassis videri poterat, adulteris parcere: At illis parcentio infantis mul-

**1. Corinth. 7.**

flare, cum extrema crudelitate & iniuste coniunctum es. Peccatur item, quando sub conjugij praetexta religionem & quam Christo debemus fidem prodimus ipsi, aut alios ad superstitiones cum coniugibus infidelibus relegamus: immores planè praecepti, quo Christus nos propter ipsum parentiu, uxorem & liberos relinquere iubet. At omnibus istis optimè medebitur pietas & religiosa ver Marc. 10. li Dei obseruantia, que fidos coniugij custodes, & sanctam Dei sponsam nos efficiet per Christum Luca 14. Iesum: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

Et obtulerunt ei puerulos, ut tangeret eos: discipuli autem obsurgabant eos qui offerebant. Id uero cùm uidisset Iesus, indignatus est, & dixit eis: Sinite puerulos uenire ad me, & ne prohibeatis eos: nam talium est regnum Dei. Amen dico uobis, quicumque non acceperit regnum Dei ut puerulos, nequaquam in illud ingredietur. Et cùm cœpisset eos in ulnas, impostris manibus super eos, benedixit eis.

**D**isputauit Dominus noster Iesus Christus de coniugio, cuius dignitatem contra diuinctorum Argumentum aubore temerariis argumentum ex prima illius institutione petierat afferuit. At quia coniugij usus præfructus præcipuus sunt liberi, quos Latinus non temere illius pignora dixerit, commode nunc de his firmorem instituit, docens, in qua nam apud Deum existimatione sint, & quid in illis instituendis parentes posse simus spectare debeant. Est ergo locus hic multa & diligenter consideratione dignissimus: tum quod liberi non familiarium modo verum etiam rotins res publica seminarium sunt, ex quo illa adolescere & conseruari solet: tum quod in illis educandis parentes vel negligentia, vel superstitione, vel in institutione prava plurimum hodie peccant: quorum peccata non ipsis modo verum etiam communis patria virio & fraude confueverunt. Quibus omnibus probò medebitur presentis bifolia consideratio, que tribus omnino paribus conflat, quas ex ordine videbimus.

Primo parentes producentur, qui huic tractationi occasione dederunt. Venuint illi, & suos liberatos, parulos adhuc & infantes, Christo offert, ut illos tangat, vel (quod Mattheus annotauit) ut manus illis imponeret, & bona fæstigia impetraretur. Non illos haud dubie, quod Christus contabu, suo multis mederi, & verba eiusdem cùm effectu coniuncta esse viderent. Putant ergo suis quoq; infantibus plurimum diuine gratiae accessuarum esse, si illos suo contactu & benedictione dignauerit. Videamus in his fidei exemplum, imperfetta quidem, non tam omnino inefficacis aut inutilis. Fidei imperfetta exemplum habemus in his fidei exemplum, imperfetta quidem, non tam omnino inefficacis aut inutilis. Fidei imperfetta exemplum, quod a Christo magnifice sentiunt, & ex illo maius aliquid sperant, quam homo vulgaris præstare posse. Imperfectione vero arguit, quod contactu Christi necessarium esse arbitrantur, nec ut ipse pueruli gratia & salute conferat, sed ut pro illis orando eam a Deo imperret. Nondum ergo Deum verum esse intellexerunt, qui cum patre virius & idem sit, & cum illo omnia cōmuniū habeat, & propria virtute quoq; saluare queat. Interim fidei huic quantumvis infirmæ & imperfetta sum quoq; robur & fortitudine non contemnenda subest. Et si enim Christus plerisque exosum efficiant, pharisæi autem imprimit, quos aduersus illum confirauisse & de scismaticis ipsis excommunicandis decretu fecisse, Iohannes scribit: tamen illorū presentiam non metunt, ut illos Christi p̄. Ioh. 9. 12. deat, cuius aliquę gaudium iam animis suis conceperunt. Seruit hoc institutioni, ut primum gliscentes in nobis fidei initia foreamus, & postea timor Christi vniuersis hominū editi & conatibus preferamus. Neg, nos terreat nostra siue infirmitas siue imperfetio. Nec enim hanc fæstidit Christus, si cui iam sepe dictum est, & horum quoq; exemplo abunde docetur, ut postea suo loco videbimus.

Secunda pars discipulorum de facto parentum iudicium exponit. Obiurgabant (inquit Marcus) II. Discipuli eos, qui puerulos Christo offerebat. At nimis incognitante iudicium præcipiant, dum ea modo obseruantur, quæ ipsis prima fronte occurrebant, nec ea in mentem revocant, quæ ex Christo non semel audiuntur. Arbirantur enim nemini ad illū accedere debere, nisi qui vel aliquo morbo liberari cupiat, vel docentem audire velit. At paruuli ipsis nec morbo laborabant, qui diuinā Christi virtutem exigeret, nec doctrina adhuc capaces erant. Ideo ineptū videretur, illos ad Christū adducere. Deinde quia in